UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DLXXI. Berechnung der Schäden, welche die Vasallen des Herzogs Wartislav an Pferden, Rüstungen, Waffen, Lösegeld und dergleichen nach dem Tode des Markgrafen Woldemar erlitten.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

In villa Craz Michael de Craz vaſallus Ducum VI. manſos.

Ibidem curia Henningi de Craz cum VIII. manſis data fuit Reynekino de Cernetin vaſallo Ducum pro ſua curia ibidem.

In villa Wychemanſtorp Hermannus vaſallus Ducum IIII^{or}.

In villa Holzſcendorp curia Meynekini cum octo manſis data fuit domino Wernero de Clotcowe. Ibidem Hinricus de Jagow burgenſis V.

In opido Byſmerow Curie domini Ludolfi et domini Boſſonis cum LIII manſis date fuerunt domino Trampen. Curia Hinrici de Bysmerow cum II. manſis data fuit Conrado de Cremzow et ſuo fratri vaſallis Ducum.

In villa Celſow fratres dicti Bovere habent X. manſos. Lambertus de Cernetin vaſallus Hinrici de Stegeliz VI., hic tunc temporis fuit amicus.

Villa Petzenic dimiſſa fuit Hentzen Buc Burgenſi in Premzlow pro ſuo dampno.

Villa Slepekow cum XL. manſis data fuit Domino Hinrico Myſner.

Villa Wlueshagen cum LX. manſis data fuit Thiderico Fiolen civi in Premzlow pro ſuo dampno.

In villa Wilmerſtorp Curia Conekini Papen cum VI. manſis data fuit Nicolao Walmow et ſuo fratri vaſallis Ducum.

In villa Gunterberge curia domini Gripheconis cum X. manſis data fuit illis de Wollin pro eorum bonis.

In villa Cocſtede Collene vaſallus ducum habet VII. manſos. Rolavus de Stenow vaſallus Ducum II.

Aus von Dreger's Pommerſcher Urkunden-Sammlung Manuſcript und von Eickſtedt's Urk.-Samml. 125—127.

DLXXI. Berechnung der Schäden, welche die Vaſallen des Herzogs Wartislav an Pferden, Rüſtungen, Waffen, Löſegeld und dergleichen nach dem Tode des Markgrafen Woldemar erlitten.

Littera vaſallorum

Hec eſt computatio et perdicio dextrariorum et equorum vaſallorum Domini Ducis Wartizſlai, poſtquam marchio Woldemarus obiit. Primo Dominus Wartizſlaus recepit a domino W. de bugghenhagen vnum dextrarium valentem CCC marcas, quod (ſic) dedit domino nicholao Witten. Item henneke bugghenhaghen perdidit dextrarium in lite ante ciuitatem ſtraceburgh de CCC marcis. Item captus fuit ibidem ante ſtraceburgh in armis perdidit XXX marcas. Idem XXX marcas conſumpſit in cippo medio tempore, quo fuerat captus. Item CCCCC marcas ſlauicalium pro deliberacione ſue captiuacionis. Item Ludolphus kolner expoſuit poſwalc XVIII marcas, cum quibus redemit dextrarium ſuum. Ibidem in armis perdidit VIII marcas. Item Ibidem dominus ludolf ante poſwalc perdidit equm de XVIII marcis. Idem ante poſwalc perdidit equum de XI marcis. Item thydericus kolner perdidit ante ſtraceburgh dextrarium de centum et quinquaginta

marchis. Item perdidit III equos ibidem ante ſtraceburgh de XXX marcis. Item exſoluit CCCXXX pro liberatione ſue captiuationis. Idem in armis perdidit XXX marcas. Idem redemit pignora ſua in pozwalc pro XX marcis. Item dominus Joannes kolner perdidit ante caſtrum ſarnow equum ambulantem de XIIII marcis. Item perdidit equm de XII marcis ante poſwalc. Idem redemit pignora ſua in poſwalc pro XXX marcis. Item dominus Thydericus de zwerin perdidit dextrarium ante Coſterin de CL marcis ſlau. Idem perdidit equm ante gnoghen de XX marcis. Idem perdidit equm ante poſwalc de XIX marcis. Item Dominus hinricus de Zageniz perdidit unum dextrarium ante IIII^or^ rotas de C marcis. Idem perdidit ante poſwalc II equos de XXVI marcis. Idem perdidit ante gnoyen II caballos de XX marcis ſlauicalibus. Item arnoldus ſtedinc perdidit equum ante koninghesberch de XIIII marcis. Idem perdidit equm ante poſwalc de VI marcis. Idem perdidit equm ante ſarnow de VI marcis. Idem perdidit dextrarium ante ſtraceburgh de CC marcis. Idem perdidit equm nienſund de VII marcis. Idem exſoluit CC marcas pro liberacione ſue captiuacionis, Item in armis XX marcas. Item gheuehardus de loyticow perdidit equm ante Darſkow de XX marcis. Idem ante gnoyen perdidit II equos de XL marcis. Item dominus florin de zwerin perdidit ante Oderſbergh I dextrarium de C marcis. Item Luderus de grambow perdidit equm ante poswalc de X marcis. Item dimiſit dextrarium in poſwalc nomine pignoris, in quo recepit dampnum ad LX marcas. Idem perdidit ante Cernow III equos de XXXIIII marcis. Idem perdidit ibidem arma ſua in valore VIII marcarum. Item hinricus de grambow perdidit I equm ante poſwalc de XV marcis. Item conſumpſit IIII marcas in premſlaw. Item conſumpſit XVIII marcas in poſwalc. Idem perdidit X marcas in armis ante Cernow peruſtis. Idem exſoluit Trecentas LX marcas pro ſua captiuacione redimenda. Idem perdidit XX marcas in eadem captiuitate. Item perdidit equm ante ſtraceburgh de VIII marcis. Idem conſumpſit in cympo XV marcas pro comparatione ſuarum expenſarum. Item adam melant perdidit poſwalc equm de X marcis. Idem perdidit dextrarium ante poſwalc de LXXX marcis. Idem in dicta lite perdidit II equos de XX marcis. Idem in armis perdidit XIIII marcas. Idem ante ſtraceburgh perdidit equm de XVI marcis. Idem poswalc conſumpſit V marcas, quinque dedit pro wlneribus ſuis curandis. Item dominus ſtephanus kedinc dimiſit dextrarium ſuum in poſwalc tytulo pignoris, in quo recepit dampnum ad C marcas puri argenti. Item Weyte, cibator domini Ducis, perdidit ante Coſterin II equos de XXX marcis. Idem exſoluit L marcas argenti puri pro redemptione ſue captiuitatis. Idem conſumpſit in cyppo XX marcas denariorum. Item Dominus thy. lepel perdidit dextrarium in bello niyenſund de ducentis marcis. Idem perdidit ibidem II equos de LX marcis. Idem perdidit ibidem in armis XXX marcas. Item pro liberatione ſue captiuitatis centum XXV marcas. Idem in expenſis medio tempore, quo ſedebat in cympo, conſumpſit XIIII marcas. Idem XX marcas exſoluit in poſwalc pro conſumendis. Item thy. lepel perdidit dextrarium ante poſwalc de CLXXX marcis leuium. Idem conſumpſit pro quitacione ſuorum pignorum et pro expenſis ſuis conſumptis dum liber fuit dimiſſus a ſua captiuitate, XXX marcas. Item Hen. lepel perdidit II equos dum iuit in terram

gnoyen cum domino Winekino de XXX marcis ſlau. Item dominus henninghus Dewet perdidit dextrarium ante arkiſlan de LXXX marcis. Item eidem (ſic) perdidit [ante poſwalc] dextrarium ante poſwalc de LXX marcis. Eidem poſwalc conſumpſit XXXII marcas. Eidem ibidem conſumpſit XI marcas. Eidem in primſlaw perdidit equm de XVI marcis. Item eidem perdidit equm de VII marcis. Item ſtamer Dewet perdidit dextrarium ante Oderſbergh de C marchis, Eidem perdidit caballum de L marcis ante poſwalc. Item herman ſaynz ante ſtraceborch perdidit dextrarium pro C et LX marcis. Item redemit ſe in poſwalc pro L marcis. Item perdidit V equoſ de L marcis. Item dominus Stephanus keding in conflictu circa mylow perdidit vnum caballum de XXV marcis ſlauicalium denariorum. Item Dux emit a domino Jacobo et domino hen. ſuo filio de Weſtinghebrughe pro CCC marcis dextrarium, quem dedit petro vleminch in recompenſam dextrarii, quod (ſic) perdidit. Item in conflictu Mylow ipſe dominus hen. perdidit dextrarium valentem CCC marcas. Item dominus Jacobus de Weſtinghebrucke ex parte dominj mej duciſ dedit cuidam ſoldinario nomine Dame Winteruelde L marcas denariorum. Item idem dominus Jacobus dedit Slawekino ſoldinario XVIII marcas denariorum. Item idem dominus Jacobus dedit ſoldinariis ſociis griſtow II equos valentes XXX marcas.

Summa huius cedule ſex milia CC marcas denariorum ſlauicalium.

Nach dem Originale (einem langen Pergamentſtreifen) des K. Provinzial-Archives zu Stettin.

DLXXII. Johann und Henning, Herren von Werle und die Herzöge Otto und Wartzlaf von Pommern verbinden ſich zum Dienſte des Königes von Dänemark mit Bezugnahme auf die Mark Brandenburg, am 11. Juni 1322.

In Gades Nahmen Amen. Wy Johann und Henning, van der Gnade Godes, Herren to Werle, betugen unde bekennen in deſzeme Brefe, dat Wy unde unſe hulpere mit Unſen Vründen Hertogen Otten unde Wartzlave van Stettien und mit ehren hulpern uns vorbunden hebben, mit Unſen Junſte ewiglichen by ehn to blievende to deme*) Deenſte des Königes van Daennemarcken Chriſtophers, Unſers Hern, in deſzer Wieſe, alſe hierna beſchreven is: Wie ſcolen ehnen volghen mit tween hundert Mannen, ſo wenn ſe [de] les behaget, upe Unſe Koſt, up Unſe Gewinn, up Unſe Verluſt. Wolde Mann ſe vorbunden**) oder beſtallen, oder mit Macht in ehre Land trecken, ſo ſcolen wy ehn volghen mit aller Macht: winnen Wy Schlotte to ſamene mit ehrer hulpe, edder allene, mit Degedinge edder mit Kope, de Schlotte, de in Unſer ſamenden Hand mit Unſeme und dem van Mecklenborgh ſind, de ſcollen unſe tovorn ſyn; Winnen wy over Schlotte in der Marcke by Unſer Schede alleene mit Macht oder mit Kope oder mit Degedinghen ohn ehre hulpe, de ſcolen och tovorn Unſe ſyn; meer winne wy Schlotte by Unſer Schede mit ehrer hulpe oder mit Degedinghen, der ſcolen vere unſe ſyn, de wy keſen willen. Quemen we to ſamende to

*) Weſtphalen: deren. **) Statt vorbunden iſt wahrſcheinlich vorbuwen zu leſen.